



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Cœlestium rerum scientiam acquirit. 40

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

deficeretur. Insolentiam facti rescivit denique Sacerdos, cui vni arcana credere sua solebat. Is, ne in consilio perseueraret, mandauit. IGNATIVS non insuper habendum illius imperium ratus, paruit monenti. 38 At obsequelam tanta continuo tranquillitas excepit: quæ eximendis olim plurimorum turbelis mirificè valeret. Neq; temere postea fuit hoc morbo tam impeditus aliquis tamq; obsessus, quin illo absolueretur, vt primum IGNATIVM consulisset. 39 Et succedere mox cõpluria quædã potioris rei dona, atq; osteta cælestia, quorum aliqua post memorabuntur: Vt planè subierit, illud Vatis dicere: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ latificauerunt animam meã.* 40 Memorabile in primis habetur, quod, qui rebus fluxis ad id locorum impēsē de-

sè de-

sè deditus, ac militiæ quàm litte-
 raturæ scientior fuisset, (nam hu-
 ius, præter rudimenta, nihil atti-
 gerat) tanta rerum cælestium sci-
 entia pollere cæperit, quantam,
 nisi de cælo haustâ, nemo crede-
 ret. 41 Per eos dies aggressus est li-
 bellum asceticum (quem EXERCITI-
 ORVM dicimus) lucubrare, ar-
 canæ sapientiæ feracē: & cui om-
 nis ordinis mortales multi suum
 profectū in acceptis tulere: neq;
 adeò, si suis momentis æstimeretur,
 eum à tirone scribi potuisse cre-
 das. Librum Paulus postea III.
 graui examine recognitum, pro
 auctoritate sua probū censuit, ra-
 tumque esse iussit: ac rescripto in
 annum CIO. IO. XL. IIX. diplomate,
 omnes ad eundem sedulò vten-
 dum inuitauit.

42 Ceterùm IGNATIVS, qui in
 hunc ferè modum vires opes-
 que corporis attriuerat; tot no-